

usufructus^{a)}, emolumentum et utilitas, que mansis eisdem nunc inest vel inesse poterit in futurum, ad antedictum monasterium transeat | et pertineat cum omni iure et etiam libertate, quam habent alia bona monasterii, que sibi ab avo nostro, qui fundator extitit, sunt collata. Porro nullus heredum vel successorum | nostrorum huic nostro contractui contradicat nec immutet etiam vel infringat, quia recognoscimus, quod pecunia versa sit in utilitatem nostram a monasterio nobis data. Preterea nullus | lapsu temporis hoc pretendat, quod, cum monasterium ex diutina perceptione census receperit omnem summam pecunie nobis date, ad eum redire debeant dicti mansi sicque, quod absit, | contingeret monasterium defraudari, quod, cum tanta pecunia suam utiliter rem gessisset, reportaret etiam incommodum, unde potius debuerat commodum reportare. Ceterum quoniam | mansos antedictos de manu imperii iure tenuimus feudali, nos presentibus litteris fideliter obligamus, quod obtinebimus ab imperio, quod proprietatem eorum tradet monasterio sepedicto.¹⁵⁾ | Ne autem super premissis omnibus per heredes nostros vel successores alios nova in posterum questio generetur, hanc paginam inde conscribi et sigilli nostri fecimus inpressione ad | veritatis evidentiam insigniri, ipsam Cellensi monasterio in testimonium perpetuum erogantes. Testes autem huius rei sunt: Henricus Misnensis prepositus, Sifridus, C̄vnradius, Henricus | monachi Cellenses, Henricus conversus Cellensis, Meinherus prefectus Misnensis, Albero prefectus de Lzniz, Meinherus de Vizzenburg, Bvrchardus de Dewin, Vlricus de Maltiz, | Wichhandus de Hersteine, Henricus de Kasinkyrken, Borwinus de Tarant, Cristanus de Levensteine, Wiricus de Kyricberg, Bertoldvs de Bolin, Cristanus de Lochowe, Henricus | iuvenis camerarius de Gnannensteine, Godefridus filius Wirici, Theodericus Catulus de Vriberg, Gerlacus de Hunsberg, Godeschalcus Kezzelhut, C̄vnradius Domicella de Vriberg | et alii quam plures. Acta sunt hec in Tharant anno domini millesimo ducesimo quadragesimo secundo, III^o kal. ianuarii, indictione I^a, regnante filio dei; amen.

(SP.)

125.

Markgraf Heinrich von Meißen verfügt zugunsten des Klosters Altzelle, daß es markgräflichen Villici und Richtern fortan untersagt sei, auf Klosterbesitz die Gerichtsbarkeit auszuüben.

1243 Juni 5, Altzelle

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 387 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 34,6–34,9 cm breit, 35,2–35,4 cm hoch, Plica 4,3 cm — Besiegelung: SP. Markgraf Heinrichs von Meißen, Typar 2 (zu ca. 75 % erhaltenes Fragment, restauriert; Avers: Henricus zwischen den Vorderhufen des Pferdes eingeritzt; Revers:

a) sic A.

15) Vgl. UB Altzelle I, Nr. 129.